

ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος παρὰ τῷ τάφῳ Δαρείου· ἡ δὲ ὑπόθεσις, Ξέρξης στρατευσάμενος κατὰ τῆς Ἑλλάδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς²⁾, καὶ πεζῆ μὲν ἐν Ψυτταλείᾳ³⁾ νικηθεὶς, ναυτικῇ δὲ ἐν Σαλαμῖνι, διὰ Θεσσαλίας φεύγων διεπεραιώθη⁴⁾ εἰς τὴν Ἀσίαν.

Ἐπὶ Μένωνος τραγωδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ,⁵⁾ Προμηθεῖ.

2) In recentioribus libris addita sunt αἵππον μὲν ἄμετρον ἐπαγόμενος, ναῦς δὲ χιλίας διακοσίας ἑπτὰ, ἧ καὶ δεκατέσσαρα.

3) Quod in M. scriptum est »ἐν Πλαταιαῖς« depravatam esse patet. In Persis enim de proelio Plataeensi sermo non est nisi paucis illis versibus (v. 815 sequ.), quibus Darei umbra eorum interitum, qui in Graecia relictis erant, choro est vaticinata. Accedit quod cum proelium ad Plataeas uno anno post factum sit quam Xerxes ex Graecia egressus erat, absona sunt atque absurda, quae in argumento nostro leguntur »ἐν Πλαταιαῖς νικηθεὶς . . . διὰ Θεσσαλίας φεύγων εἰς τὴν Ἀσίαν. Quae autem ex Herodici commentario ad Aristoph. Ran. v. 1028 in scholio supra adlato tradita sunt, ea huc referre non debebat Weilius. Manifestum enim est, illud τὴν τραγωδίαν ταύτην, cum haud dubie ante τὴν nonnulla evanuerint, ad Persarum fabulam non spectare. Quod de Glaucō Potniensi dictum fuisse veri simile est. Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin ἐν Ψυτταλείᾳ legendum sit.

Psyttalia autem, insula scopulosa saxosaque, prope ab Atticae ora sita, nobilissima est clade, quam Persis ibi a Xerxe constitutis eodem tempore, quo proelium navale ad Salamina commissum est, intulit Aristides. Quod egregium facinus Aeschylus in Persis (v. 435—v. 480) luculenter descripsit. cf. schol. Pers. v. 447 et v. 728. Etiam in schol. Med. v. 277 ἡ ἐν Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς et in schol. A. v. 675 τὰ ἐν Πλαταιαῖς γεγενημένα pro ἐν Πλαταιαῖς scribendum esse ἐν Ψυτταλείᾳ patet.

4) Iure huic verbo notam adscripsisse videtur Weilius.

5) Ποτνιεῖ additum est in libris recentioribus.